



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomus ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fasciculus Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Vnitas cum Deo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

CONSIDERATIO XXIIII.

AMOR DEI,

Vnitas cum DEO.

AMori proprium est, facere unum cum Deo. *Qui enim amat, amato identificatur, ait Augustinus.* Et qui adhaeret Deo, per amorem, unus spiritus cum Deo. *1. Cor. 6. unitor in uno spiritu, & in una voluntate cum Deo.* Quis potest cogitare magnitudinem amoris, quam haec sit, impetrata à Christo cum Patre, *volo, ut in nobis unum sint, sicut & nos sumus.* Sicut nos unum sumus per eandem voluntatem: ita mei fideles unum sint mecum per eandem voluntatem: habeant mecum idem velle, eandem voluntatem, eandem gaudium.

Ad hanc unionem elevata anima sic absconditur, quodam modo non compareat inter mortales, quasi impassibilis & immutabilis. *Abcondit se abscondito faciei tuae, à conturbatione hominum.* Non dixit Propheta, ut notat Augustinus, *abscondit eos in caelo, in paradiso tuo, in sinu Abrabae, quod omne vilescit, quod Deus non est.* Sed abscondit se abscondito faciei suae. *Abcondit te Deus in abyssu, in abyssu suae lucis, in oceano suae profunditatis, in mari immenso infinitae suae dulcedinis, abscondit te intra se, uniet te, & faciet te velut eandem cum Divinitate sua.*

Et tunc eris liber à conturbatione hominum, à persecutionibus hominum tibi non erit molestiam, nec turbationem.

